



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

67 Iudex ecclesiasticus est major, & potest secularis negligentiam
supplere, & illum corrigere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

laicam se nulla ratione interponere debere, aut posse, ut fuit à Rot. decisiunis infra subnumer. 91. 92. & 95 Farinac. in prax. crimin. cap. 8. numer. 18. & n. 28. Ac propterea contrafacentes à Papa excommunicationis vinculo meritò, ac justè feruntur, ut per Sayr. ibidem, numer. 8. vers. primo quidem & num: 9. Et quod, neque in casu neglectas, vel denegatae justitiae, nec timore violentiae licitum sit clericos ad iudicium seculare vocare, probat text. in c. qualiter, & quando, infm & ibi gloss. final. Host. num. 3. Abb. antiqu. & Io. Andr. n. 1. Abb. Panor. num. 8. & num. 3. & alii communiter, de jud: colligentes differentiam inter judicem secularem, & ecclesiasticum, & † quod, cum iudex ecclesiasticus sit major, & superior, possit secularis judicis negligentiam supplere, & illum corrigeret, ut c. extransfissa, c. licet, & cap. ex tenore, de for: comp. post plures alios quos 69 citat, probat Azor dict. par. 1. instit. moral. lib. 5. cap. 12. vers. sed dubitari, ibi, sed neque in casu.

68 Spirituales † causæ sunt: beneficiales, & decimarum, de quibus supra; matrimoniales, cap. accedentibus, de excesso. prelat. & concil. Trident. can. 12. de sacr. mat. sess. 24. hæretorum, & de hæresi suspectorum, cap. ut inquisitionis, §. prohibemus. de heret. in 6. sortilegorum, superstitionum, usuraruim, astrologorum, & aliorum, de quibus in constit. Sixti Papæ V. in 2. par. Bull. cap. 21. §. ac perpetuo, censurarum ecclesiasticarum, conc. Trident. cap. 3. §. nefas autem, sess. 25. de reform. causæ clericorum dict: cap. si diligenti, de for. comp. & 70 Abb. in cap. 1. numer. 1. eod. tit. simonia- corum, ut per gloss. si in c. cum sit generale,

de for. comp. legitimatis, an quis sit ex legitimo matrimonio natus; jas sepulturæ, & alia, ut c. tuan, de ord. cogn. cap. lator. cap. causam, qui fil. sing. leg. & Azor. in lib. 1. inst. moral. cap. 14. in princ. par. 1, & alias de quibus per Sigism. Scac. intrad. de jud. caus. civil. crimin. lib. 1. cap. 11. num. 50 & 51. & Farinac. in prax. crimin. quæst. 8 num. 20.

† Et regulariter iudex ecclesiasticus potest cognoscere de criminibus laicorum, quando crima sunt adiumenta de jure canonico, seu habent originariam prohibitionem à canonibus non à legibus; vel, ubi reperitur à canonibus imposita pena etiā laicis, ut in cap. contraidolorum, 26. quæf. 10, & Abb. in d. cap. cum sit generale infm. Et spiritualibus annexæ, sub presenti excommunicatione comprehenduntur.

Sunt enim spiritualibus † annexæ causa juris patronatus. Graff. de if. aur. par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 125. & quæ à iudicio censuratum dependent, ut sacrilegi, quod est crimen mixti fori. Felyn. in cap. cum sit generale. num. 1. & 17. de for. comp. Si pro eodem crimen iudex ecclesiasticus promulgavit censuras, & laicus praedit de eodem cognoscere: Aut si redditus, & proventus ecclesiasticos laicus usurpaverit, & propterea fuerit declaratus sententiam excommunicationis incurrit; iudex vero secularis praeditat causa cognitionem ad ipsum spectare, per cap. si clericus laicus, de for. comp. nihil minus causæ cognitionis ad ecclesiasticum spectat.

† Quia de connexis idem est iudicium, cap. translato de constit. quodque iudex ecclesiasticus debet etiam cognoscere de